



Aufgabe 19

TRANSKRIPTION



1. Cupientes igitur ut Ecclesia parochialis
2. gloriose virginis Marie in Civitate Cracoviensi congruis honoribus frequentetur et salus proveniat animarum Omnibus cristifide
3. libus contritis duntaxat et confessis qui Altaria eiusdem Ecclesie Sancte Marie ad honorem prefate virginis Marie et sanctorum
4. Sanctarum que dei ibidem erecta et constructa ex devocione visitaverint et oracionem dominicam cum Salutacione angelica ante Altare
5. devote dixerint quodocunque et quocienscunque spiritu divino instincti id fecerint Vel manus de bonis sibi a deo collatis ad ipsius
6. Ecclesie sustentacionem et fabricam adiutrices porrexerint tociens a quolibet Altari sic ut premittitur visitato de omnipotentis dei miseri
7. cordia et beatorum petri et Pauli Apostolorum eius Auctoritate confisi Quadraginta dies indulgenciarum perpetuis temporibus
8. duraturas impartimur et de iniunctis eis penitenciis misericorditer in domino tenore presencium relaxamus